



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Vtî amans anima beatorum æternam felicitatem co[n]templetur,  
Deumq[ue] laudat, illiq[ue] co[n]iungi summoperè anhelat Cap. XXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Fragrant & fragrat odor fortissimus violæ humilitatis tuæ, & non solum celo-  
 los & terras, sed & inferos penetravit, quos per crucis tuæ humilitatem expugna-  
 si, senserunt odoris tui fragrantiam, & sequuntur te vbique terrarum sancti &  
 humiles corda, qui reiectis oneribus terrenorum honorum, & superbarum diui-  
 tiarum pompis, humili corde, humili gestu, humili habitu te ducem humilitatis  
 sequuntur, sese in presenti humiliant, vt secundum sententiam tuam, in futuro  
 mereantur exaltari. Apoç. 14.  
Luc. 14.

Nec minus & balsamus immortalitatis tuæ saum longe lateq; diffudit odorem,  
 & odorati sunt omnes populi legi mortis subiecti, tuq; immortalitatis odore de-  
 lectati, seseq; in beata sperantes immortalitate tecum victuros, non timent pro te  
 mortem subire, credentes firmissimè, quod sicut tu dulcissime Iesu Christe resur-  
 gens à mortuis iam ultra non moreris, & mors tibi ultra non dominabitur, te ha-  
 bitante dominatum vitæ & mortis, ita & ipsi per receptionem corporum immor-  
 talitatis ultra non morientur, sed tecum, & in te, & propter te viuent & reficien-  
 tur tunc plenissimè & iucundissimè odoris tui fragrantia sempiterna, mortem  
 omnem excludente, & vitam perpetuam conferente. Rom. 6

*Vti amans anima beatorum æternam felicitatem contempletur,  
 Deumq; laudat, illiq; coniungi summoperè anhelat.*

## CAPVT XXVIII.

**A**ppropinquabunt omnes electi tui & Deus tunc immortales effecti tibi regi  
 sæculorum inuisibili, immortalis, sicut Deus, & in amplexus tuos ruent: cir-  
 cundabunt te vlnis charitatis suæ, & trahent te ad se: sed & tu ligabis eos bra-  
 chijs charitatis diuinæ, & fortitudine eius trahes eos in te, & osculaberis eos oscu-  
 lo oris tui, & introduces eos in cellam vinariam, vbi reposita sunt illa vina multi-  
 plicia, id est, multæ sanctorum animæ expressa & reliquata & separata ab acinis cor-  
 porum suorum per torcular per diuersarum passionū, quæ vina tu ipse serenissime  
 pater familias bibis in iucunditate & in læticia cordis tui, id est, illorum affectus ita  
 omninò in te cõmutas, vt nihil desiderent nisi te, nihil siant nisi te, & tamè omnia  
 sciant in te. Propinas etiam hæc vina bibenda omnibus charissimis tuis, cum illos  
 sibi inuicem tanta charitate connectis, vt iam non plures, sed verè vnum dici pos-  
 sit, habentes cor vnum & animam vnã, ita vt quilibet de gaudio & honore alterius  
 tanquam de suo gaudeat, & quilibet tot habeat læticias singulares, quot socios in  
 tuo regno sibi cognouerit sociari. Bibuntur hæc vina in læticia cordis iustorum,  
 dum ipsi de eorum glorificatione gaudium mutuum generatur, sed longè melius,  
 iucundius, sapidius, clarius & fortius est vinum illud, id est, iucunditas illa, quæ de  
 te hauritur, de te & tecum bibitur & vitis vera, vitis fructifera, vinum semper no-  
 num de te emittens, & propinans charissimis tuis, quibus disposuisti, sicut dispo-  
 suit tibi pater tuus regnum æternum, vt edant & bibant super mensam tuam in  
 regno tuo. Quid edant & quid bibunt, nisi te? Quasi nihilum esset, quicquid esset  
 aliud quam tu, quicquid non esses tu. Tit. 1.  
Cant. 1.  
Aç. 4.  
Ioa. 19.  
Luc. 22.

Comedent ergo felicissimi & iucundissimi conuiuæ illi triplex ferculum in  
 vase vno, dum trinitatem personarum agnoscent in vnitæ substantiæ. Edent, in-  
 quam, cibum illum mirabiliter reficientem, facientem semper, & tamen adhuc  
 desiderium accendentem. Habebitur enim semper quod desideratur, & desiderabi-

Q. VI  
11

Lucæ 10.

tur quod habetur. Ministrabis tu illis accubantibus, epulantibus & exultantibus in conspectu tuo, de aspectu tuo, & delectatis & dilatatis in lætitia, pro eo quod in illa die, in illo meridie, liquidissime te demonstrante cognoscent, & facie ad faciem videbunt, quod tu es in patre tuo, & pater in te, & tu in ipsis. Ostendes tu ibi charissimis tuis manifestissime Patrem tuum, & te, & Spiritum sanctum, ut bene & optime sit eis, ut sufficiat eis, vitam æternam, gaudium plenum habentibus de perfecta agnitione S. Trinitatis, & laudantibus sine fine regem suum, quem vident in decore suo quomodo volunt, quantum volunt, viventem & regnantem vnum Deum in Trinitate perfecta per omnia secula seculorum.

*Gaudia supernæ beatitudinis semmatim explicat*

CAPVT XXIX.

**E**Xcitare nunc anima mea, & erige totum intellectum tuum in illam celestem Hierusalem patriam tuam, & cogita quantum potes, quale & quantum sit illud cœleste bonum. Si enim singula bona delectabilia sunt, cogita intente, quam delectabile sit illud bonum, quod continet incunditatem omnium honorum, & non quale in rebus creatis sumus experti, sed tanto differentem, quanto differt creator à creatura. Si enim bona est vita creata, quam bona est vita creatrix? Si iucunda est salus facta, quam iucunda est salus, quæ fecit omnem salutem? Si amabilis est sapientia in cognitione rerum conditarum, quam amabilis sapientia, quæ omnia condidit ex nihilo? Denique si magnæ & multæ delectationes sunt in rebus delectabilibus, qualis & quanta est delectatio in illo qui fecit ipsa delectabilia? Sed qui hoc bono fruor, quid illi eris? Certè quicquid voles eris, & quod noles non eris.

Eccl. 64.  
1. Cor. 2.

Ibi quippè erit bona corporis & animæ, qualia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor hominis cogitavit. Cur ergo per multa vagaris ò homuncio, querendo bona animæ tuæ & corporis tui? Ama vnum bonum, in quo sunt omnia bona & sufficit tibi. Desidera simplex bonum, quod est esse bonum, & satis est. Quid enim amas caro mea? Quid desideras anima mea? Ibi est quicquid amas, quicquid desideras. Si delectat pulchritudo, fulgebunt iusti sicut sol. Si velocitas, aut fortitudo, aut libertas corporis cui nihil obistere possit, erunt similes Angelis Dei: quia si seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, potestate utique, non natura. Si longa & salubris vita, ibi sunt sana æternitas, & æterna sanitas: quia iusti in perpetuum vivent, & salus iustorum à Domino. Si facietas, satiabuntur cum apparuerit gloria Domini. Si ebrietas, inebriabuntur ab ybertate domus Dei. Si melodia ibi Angelorum chori concinant sine fine Deo. Si quælibet non immunda sed munda voluptas, torrente voluptatis suæ potabit eos Dominus. Si sapientia: ipsa Dei sapientia ostendet eis seipsum. Si amicitia, diligunt Dominum plus quam seipsum, & inuicem tanquam seipsum, & Deus illos plus, quam illi seipsum: quia illi illum, se inuicem per illum, & ille se, & illos per seipsum. Si concordia, omnibus illis vna erit voluntas, quia nulla illis erit nisi Dei voluntas. Si potestas, omnipotentes erunt suæ voluntatis, v. Deus suæ. Nam sicut poterit Deus quod volet per seipsum, quia sicut illi non aliud volent quam quod ille: ita ille volet quicquid volent illi, & quod ille volet, non poterit non esse. Si honor & diuitiæ, Deus suos seruos & fideles supra multa constituet, imò filij Dei & Dij vocabuntur & erunt, & ubi erit filius eius, ibi erunt, & illi hæredes Dei, coheredes autem Christi. Si vera securitas, certè ita securi erunt nunquam & nullatenus ista, vel potius istud bonum sibi defuturum, sicut certi erunt non sponte sua illud amissu-

Matt. 13.  
Matt. 22.  
1. Cor. 15.

Sap. 6.  
Psal. 36.  
Psal. 15.  
Psal. 35.  
Eccl. 1.

Apoc. 14.  
Psal. 119.  
Ioan. 14.

Luc. 12.  
Matt. 5.

Rom. 8.